INDEX
PRAELECTIONUM
IN UNIVERSITATE LITERARUM
REGIA VARSAVIENSI

INDE A 15ta SEPTEMBRIS MDCCCXXVI. USQUE AD 15^{am} JULII MDCCCXXVII.

HABENDARUM.



VARSAVIAE.

DOCTRINA RELIGIONIS CATHOLICAE tradetur diebus ac horis posthac determinandis.

ORDO THEOLOGORUM.

Adalbertus Anselmus Szweykowski, Theol. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Rector, hora 10—11 diebus Lunae, Martis, Mercurii et Jovis, *Institutiones Eloquentiae Sacrae* moderabitur, *Analysimque Sermonum SS.* Patrum nonnullorum suscipiet.

Paulus Szymański, Theol. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus, hora 8—9 diebus Lunae et Martis, *Introductionem in Libros SS. Novi Foederis*, Mercurii et Jovis, *Hermeneuticam Generalem* docebit; Veneris autem et Saturni, *Epistolas S. Pauli ad Corinthios* interpretabitur.

Aloysius Ludovicus Chiarini, Theol. Dr. Prof. P. Ord. hora 8—9 die Lunae tradet *Antiquitates biblicas*, die Martis et Mercurii, *Introductionem in Libros SS. Veteris Foederis*, die Jovis, *Institutiones linguarum Orientalium*, die tandem Veneris et Saturni, *Institutiones linguae Graecae*.

Jacobus Szarkiewicz, Theol. Dr. Prof. P. Ord. hora 9—10 dabit diebus Lunae et Martis, *Patrologiam et Historiam Literaturae Ecclesiasticae*, Mercurii et Jovis, *Historiam Ecclesiae Polonicae*, Veneris et Saturni, *Jus Ecclesiasticum*.

Felix Benedictus Ustrzycki, Thel. Mgr. Prof. P. Extraord. hora 2—3 diebus Lunae, Martis, Mercurii, Veneris et Saturni, exponet *Theologiam Dogmaticam*.

Joannes Onoszko, Prof. P. Extraord. hora 8—9 diebus Lunae, Martis, Mercurii et Jovis, nec non die Lunae hora 3—4 *Theologiam Moralem* exponet.

ORDO JURE CONSULTORUM ET PROFESSORUM DOCTRINARUM POLITICARUM.

I. JUS.

Joannes Vincentius Bandtkie, J. U. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus, literarum, scientiarum et artium Universitatis et Acad. Vilnen. socius, honoris gratia cooptatus, tradet *Jus polonicum et historiam ejusdem juris*, diebus Mercurii et Jovis hora 3—5 et die Martis hora 3—4. *Institutiones* autem secundum ordinem legalem ipsius Justiniani die Veneris eadem hora 3—4.

Xaverius Szaniawski, J. U. D. Prof. P. Ord. exponet *Codicem juris civilis*, diebus Lunae, Martis, Veneris, et Saturni hora 4—5 et diebus Mercurii et Jovis hora 11—12 tempore hiemali, quotidie autem singulis per hebdomadem diebus hora 7—8 tempore aestivo.

Alexander Engelke, J. U. D. Prof. P. Ord. docebit *principia processus judiciarii, tam civilis, quam criminalis, legem fundamentalem Regni Poloniae et doctrinam notariatus*, diebus Martis, Jovis et Saturni hora 9—11.

Clemens Urmowski, J. U. Dr. Prof. P. Ord. profitebitur *Jus Canonicum* et *jus criminale positivum*, atque *ejusdem juris Philosophiam* singulis per hebdomadem diebus, hora pomeridiana 5—6.

Venceslaus Alexander Maciejowski, J. U. Dr. Prof. Extraord. *Digestorum Libros dogmatice et hermeneutice* sexies per hebdomadem, hora 11—12 antemeridiana interpretabitur, ducibus operibus, quae in fronte opusculi nuperrime editi (*juris pandectarum posthac edendi epitome.* Varsav. 1826.) laudavit.

Romualdus Hube, Magister legens, tradet *historiam externam et internam, praesertim juris Romani*, quotidie diebus fastis hora 7—8 matutinis.

II. DOCTRINAE POLITICAE.

Fridericus Comes Skarbek, Phil. Dr. Prof. P. Ord. docebit *Oeconomiam politicam*, secuturus compendium a se editum, diebus Martis, Jovis et Saturni, hora 12—1. *rem aerariam*, duce libello: *Rys Nauki finansów*, et *modum nostratem gerendi rempublicam* diebus Lunae, Mercurii et Veneris, iisdem horis.

Stanislaus Kunatt, Magister legens, explicabit *Statisticam. doctrinam administrandae Reipublicae generalem* (Naukę Administracyi), ac tempore aestivo, *codicem juris commercialis* hora 4—5 diebus et ordine rerum posthac indicandis.

ORDO MEDICORUM.

Joannes Mile, Phil. Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus, *Physiologiam* quotidie per hebdomadem hora 4—5 semestri hiberno, *Diaeteticam* vero hora 8—9 tempore aestivo exponet.

Josephus Celiński, Phil. Dr. Prof. Publ. Ord. *Pharmaciam*, diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris, secundum compendium a se editum sub titulo: *Farmacya*, czyli *Nauka przygotowania lekarstw*, hora 7—8. *Chemiam politicam* et *forensem*, eadem hora, die Saturni secundum proprias theses explicabit.

Joannes Godofredus Freyer, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Therapiam specialem morborum chronicorum*, senis per hebdomadem diebus, tempore hiberno, horis matutinis 8—9; tempore vero aestivo, horis matutinis 7—8. e propriis schedis docebit, *Exercitationes clinicas* in Instituto regio, quotidie tempore hiberno horis 9—10; aestivo vero 8—9 instituet.

Vincentius Szczucki, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Pathologiam generalem*, diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris, hora 9—10; *Historiam* vero *medicinae literariam*, una cum auctorum classicorum interpretatione diebus Mercurii et Saturni hora 11—12 exponet.

Martinus Roliński, Med. Doc. Chir. et Art. Obst. Mgr. Prof. P. Ord. *Anthropotomiam theoreticam* secundum compendium Rosenmülleri, diebus, Lunae, Martis, Jovis, Veneris et Saturni, hora 11—12 semestri hiberno explicabit. In *Anthropotomia practica* manum studiosorum exercebit senis per septimanam diebus, horis matutinis 8—10, pomeridianis vero 2—4 auxiliante prosectore. Aestivo tempore, *Anatomiam comparatam* secundum opus *Cari*, diebus, Lunae, Martis, Jovis et Saturni hora 11—12.

Mauritius Woyde, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Medicinam forensem* secundum *Henkii* compendium *Lehrbuch der Gerichtlichen medizin* 4te

Auflage Berlin 1824. diebus Lunae, Martis, Jovis, Veneris et Saturni, hora 4—5 tradet, eaque absoluta, iisdem horis ac diebus *Politicen Medicam* duce *Berntio Systematisches Handbuch der öffentlichen Gesundheits und Krankheitspflege.* Wien 1818. docebit. *De morbis epizooticis* die Mercurii, hora 4—5 tractabit.

Emilianus Clemens Nowicki, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Akiurgiam rationalem* et *historicam* exponet diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris, hora 11—12 tempore hiberno, aestivo vero exercebit auditores, in *operationibus Chirurgicis. Clinicen chirurgicam* quotidie moderabitur hora 10—11.

Ignatius Fiiatkowski, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. exponet *Artem obstetriciam subliminiorem* diebus Lunae, Mercurii et Veneris; *Inferiorem* vero diebus Martis, Jovis et Saturni hora 3. ad 4. *Institutum clinicum* visitabit quotidie mane hora 7—8; pro *exercitationibus variis,* in quantum necessitas exiget, alias horas occupabit.

Joannes Tomorowicz, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Materiam Medicam* senis per hebdomadem diebus, hora matutina 8—9 tempore hiberno, *Pharmacocatagraphologiam* vero et *Toxicologiam* aestivi semestris spatio, hora eadem explicabit.

Andreas Janikowski, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Extraord. *Chirurgiam theoreticam* senis per hebdomadem diebus, hora 2—3 exponet.

ORDO PHILOSOPHORUM.

Josephus Carolus Skrodzki, Phil. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus, *Physicam universalem* experimentis illustratam, exponet diebus Lunae, Mercurii et Veneris, horis 8—10, praeterea tempore aestivo, duabus horis per hebdomadem post designandis explicabit partem experimentalem *Optices,* praecipue de *interferentia* et *polarisatione* lucis.

Christianus Lach Szyrma, Phil. Dr. Prof. P. Extraord. tradet hora 10—11. I. *Anthropologiam* e suis schedis, diebus Martis et Jovis; II. *Logicam* ad normam libelli *Wyttenbachii,* diebus Mercurii et Veneris; III. *Jus naturae* secundum proprias theses, die Saturni.

Adrianus Krzyžanowski, Phil. Dr. Prof. P. Ord. exponet I. *Mechanicam analyticam*, diebus Martis et Jovis, horis 8—10, die vero Saturni, hora 9—10; II. *Calculum differentialem* et *integralem* diebus Lunae et Veneris, horis 8—10; III. *Algebram sublimiorem* diebus Lunae et Jovis, hora 10—11; IV. *Mathesin elementarem* diebus Martis, Mercurii, Veneris et Saturni, hora 10—11.

Cajetanus Garbiński, Phil. Dr. Prof. P. Ord. tradet *Geometriam*, quam *descriptivam* vocant, theoreticam et applicatam, diebus Martis, Mercurii et Saturni hora 11—12½; die autem Jovis, eadem hora docebit *Geometriam analyticam linearum* et *superficierum secundi ordinis*, atque *Geometriam sublimiorem* (application de l'Analyse à la Géométrie p. Monge.)

Franciscus Armiński, Prof. P. Ord. *Astronomiam* diebus Lunae, Mercurii et Veneris, hora 2—4 docebit.

Adamus Kitajewski, Phil. Dr. Prof. P. Ord. docebit *Chemiam universalem* diebus Martis, Jovis et Saturni, hora 8—10.

Fridericus Jacobus Hoffmann, Phil. Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Mineralogiam*, diebus Lunae, Mercurii et Veneris, hora 2—4 explicabit.

Michael Szubert, Phil. Dr. Prof. P. Ord. tradet. I. *Botanicam* diebus Martis et Saturni hora 3—4, die vero Jovis, hora 2—4. II. *Disciplinam saltuariam* diebus Martis et Saturni, hora 2—3.

Felix Paulus Jarocki, Phil. Dr. Prof. P. Ord. *Zoologiam* senis per hebdomadem, diebus hora 4—5 exponet secundum opus a se editum.

Paedagogica et *Didactica* diebus Lunae et Veneris, hora 12—1 tradentur.

ORDO DOCTRINARUM ET ARTIUM LIBERALIUM.

I. DOCTRINARUM.

Felix Bentkowski, Phil. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus, tradet *Historiam universalem*, fusius autem antiquam, usque ad seculum V. p. Chr. n. secutus lineamenta Joannis Kaydanow (Varsav. 1826.) diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris hora 4—5. prius tamen disputaturus de doctrinis ad historiam pertinentibus, puta, Geographia, Chronologia, Diplomatica,

Numismatica etc. (duce libello: Wstęp do Historyi. Warsz. 1821. 4to) *Exercitationes* vero *historicas* moderabitur die Lunae, hora 3—4.

Aug. Ern. Zinserling, Phil. Dr. Prof. P. Ord. *Grammaticam latinam* tradet die Martis et Jovis, hora 2—3; *praecepta styli latini*, die Mercurii, hora 2—3 et Martis, hora 3—4. *Tibulli carmina* explicabit die Martis et Jovis, hora 10—11. *Exercitationes linguae latinae* instituet die Martis et Jovis, hora 11—12.

Fr. Ant. Woelke, Phil. Dr. Prof. P. Ord. *Pindari Odas* aliquot interpretabitur semestri hiberno; *Theocriti* vero *Idyllia selecta*, aestivo, die Martis et Veneris hora 9—10. *Platonis Phaedonem* explicabit die Jovis, hora 9—10. *Exercitationes graecas* instituet die Mercurii et Saturni, hora 9—10. *Antiquitates Romanas* enarrabit die Mercurii, Veneris et Saturni, hora 3—4.

Ludovicus Osiński, Phil. Dr. Prof. P. Ord. disputabit de *literatura poëtica* in universum comparans inter se opera praecipua, excepta epopoea et arte drammatica die Saturni, hora 4—5. *Exercitationes* vero *practicas* instituet hora 3—4. die Mercurii.

Cas. Brodziński, Phil. Dr. Prof. P. Ord. disputabit de *pulchro* et *sublimi* in *literis* et *artibus*, tradet *historiam Literaturae Polonicae* exponetque *praecepta Styli polonici* junctis exercitationibus, diebus ac horis posthac determinandis.

Cas. Werbusz, Lector Linguae Rossicae, tradet hanc *linguam* ejusque *historiam* quinquies per hebdomadem hora 12—1 excepto die Saturni usurpans ad hunc finem Grammaticam A. B. Hlebowicz (Vilnae 1823.) Excerpta ex auctoribus Rossicis cura Petri Ostrowski (Vilnae 1823.) et opera Nicolai Grecz.

II. ARTIUM LIBERALIUM.

Jul. Colberg, Phil. Dr. Prof. P. Ord. explicabit *usum instrumentorum geometricorum*, nec non *Geodaesiam* et *Nivellationem simplicem* junctis exercitationibus in delineatione topographica, die Martis et Jovis, hora 2—5. *Geodaesiam* vero et *Nivellationem complicatam*, nec non *applicationem Trigonometriae planae* et *Sphaericae* ad *Geodaesiam* tradet die Saturni, hora 9—12.

Venceslaus Ritschel, Prof. P. Extraord. diviso cursu Architecturae in biennalem, tironibus primi anni spatio decem mensium, tradet totam *Architecturam* ad usum practicam populari methodo expositam, die Martis et Saturni, hora 10—11. Altiorem vero *Architecturam* sive cursum secundi anni methodo rationali exponendum die Lunae, Mercurii, Jovis et Veneris, hora 10—11. Quotidie praeterea hora 8—10 tirones in arte delineandi Architectonica exercebuntur.

Antonius Blank, Prof. P. Ord. et *Ant. Brodowski* Prof. P. Ord. alternis hebdomadibus, quotidie hora 9—12 moderabuntur exercitationes juvenum *Artem pictoriam*, exemplis et antiquis et vivis propositis, celebrantium. Blank tradet *Osteologiam* et *Myologiam*, diebus Martis et Veneris, hora 12—1; Brodowski vero *Mythologiam*, artificum praecipue usui accomodatam, die Saturni hora 12—1.

Andreas Gołoński, Arch. et Geod. Mag. Prof. P. Extraord. tradet *theoriam et artem delineandi* secundum praecepta perspectivae et opticae diebus Lunae, Mercurii, Veneris et Saturni hora 2—3.

J. E. Krethlów, Prof. P. Ord. docebit *artem in cupro sculpendi* singulis per bebdomadem diebus, hora 2—4. semestri hiberno; mensibus vero aestivis, hora 4—6.

Josephus Elsner, Prof. P. Ord. explicabit *Theoriam compositionis musicae* altera quoque hebdomade, die Jovis, hora 12—1. *Compositionem vero musico-practicam* tradet in Conservatorio musico, diebus Lunae, Mercurii et Veneris hora 4—6.

Paulus Maliński Prof. P. Extraord. tradet *Caelandi sculpendique artem* et *monem rem statuariam* diebus, Lunae, Mercurii et Veneris, hora 2—4.


BIBLIOTHECA
UNIV.
JAGIELL.
CRACOVIENSIS